



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto cyrillo confessore. Cap[itulum]. iij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

lymam perrexit: et rediens beati iacobi limina
 visitavit: qui subitaneam mortem ex paucis do-
 minici precepti memor: venditis omnibus et pau-
 peribus erogatis in heremo vitam summa au-
 steritate afflixit: ubi magni sanctitatis nome-
 n adeptus est: qui videns in galliis ordinem cister-
 tiensium florere: et heremitarum arescere: totis vi-
 ribus obnixus illis in regionibus instauravit: post
 que iterum pari ratione locavit cum cilecio. Decem
 illigatus carpenis nudis pedibus hierosolymam
 reavit: unde corosis plantis: remigans curas
 bar reditum: qui captus a saracenis ob sue vi-
 te austeritatem libertati restitutum est. Et tan-
 dem multos ppeffus labores in agrum ruscum et
 pisanum deveniens: in insula que dicitur livalia solis
 tarie commoratus est: ubi familiariter coniunctus
 quibusdam heremitarum augustini: eorum mores
 edocuit: nigro habitu sumpto et pellicea zona lo-
 cellis eorum per totam etphuriam denore visitatis:
 centumcellas applicuit: ubi beatus Augustinus
 librum de trinitate peregit: cuius locis summa
 cum iucunditate perinstratis: romam et inde
 ariminum ad sanctam mariam de platano eius-
 dem ordinis locellum pervenit: a quo fratres:
 qui prius heremitarum beati augustini appel-
 labantur: cognita ipsius maxima sanctitate qui
 heremitarum denominationem sumpserunt: que
 denominatio ad Sarones: provinciam rhe-
 ni: regnum bohemie: et in provincias ab eo du-
 dum instructas promulgata est: et in galliis us-
 que ad innocentii pontificatus tempora perseve-
 raverit: sed eo mandante: omnes sub uno titulo
 heremitarum beati Augustini exinde sunt
 appellati: hic siquidem beatus guilelmus post
 innumerablem sanctitatis opera remeavit in
 patriam: et ibidem animam feliciter exhalat:
 cuius miraculis undique pululantibus: eius dies
 iij idus februarii celebratur.

De sancto cyrillo confessore. Cap. iij.



Cyrillus con-
 fessor olim psby-
 ter: fratrum heremitarum in monte
 carmeli confors

factus adeo corde devoto: me-
 re pura correptione vacabat:
 ut septem angelico foveret aspe-
 ctu et divinis revelationibus
 illustraret: die quadam huc
 missarum solennia celebranti in nubecula ange-
 lus apparens virgam et duas argenteas tabellas
 literis grecis futuri statum seculi continentes: ar-
 tulit sic loquens. Has tabellas misit tibi deo
 potes: tamquam familiari suo: et fidei preconi:
 et qui sacramenta compleveris has scripturas transcri-
 be in membrana: post hec conscribas tabellas: forma-
 bis eas in calice et thuribulum ad libanda et adole-
 da in ara sacrificii matutini: quas acceptas cum

gratiarum actione et reverentia non modica: cy-
 rillus vir sanctus convocatis fratribus intra prece-
 prum angeli transcripserat confluxit. Et ex tunc
 sanctis operibus excellens occubuit: eius festi-
 vitas pridie nostri martii colitur.

De sancto Vincentio confessore. Cap. liij.



Vincentius confessor

valentie ex nobili familia fer-
 rariorum natus et liberalibus ar-
 tibus eruditus annorum octode-
 cim virgo predicatorum religio-
 nem ingressus est: in qua brevi
 tempore factus est summus theologus: ut patrem
 dominicum imitaretur: plures occidentis re-
 giones: verbum dei euangelizans peragravit: et
 apud valentiam: aragone: catalonie: hispanie:
 castelle: normandie: britannie: sabaudie:
 pedimontium: riparie: tanue: delphinatus: bor-
 bonii: et francie tam gratus exitit predicator:
 ut novellus existimaretur apostolus. Hic san-
 ctus .xxv. milia iudeorum et saracenorum ad fi-
 dem convertit orthodoxam. Bibliam tamen seculi porta-
 bat et breviarium: semel in die comedebat: cilicium
 continue gestabat: suumque habitum: ubique quisce-
 bat: non omittens: tunc erat integritatis vir: ut
 ne pedes quidem nudos: necdum corpus per plures
 annos aspererit. Hic sanctus miraculis maxime
 me pollebat: die quadam quum barcinonam versus
 proficeret: et ad duo milia hominum comitarent:
 paucis panibus et modico vino oes saturavit. Anno
 vero salutis .M. cccc. xvij. etatis .xxvij. in vene-
 tici civitate britannie deo sine migravit ad deum:
 et in ecclesia cathedrali sepultus: faceret: qui sicut
 viues miraculis floruit: ita mortuus fructificavit.
 Nam .xxvij. defunctos suscitasse ante canoniza-
 tionem suam reperitur: inter quos unum admiratione
 dignum in britania: quum quidam mulier pugnans huma-
 narum carnis desiderio filium in duas partes scissis-
 set: et alteram toruisset: ut maderet: et vir superve-
 nientes horredum factum copisset: indolare partes filii
 ambas: et crudam et costam suscipiens: miraculorum
 sancti memor ad eius sepulchrum perrexit. Ibi quum
 stratus cum lachrymis oras: filii resurrectionem im-
 petrauit. Hic autem del sermo per calixtum .iij. ponti-
 anno dñi .M. cccclv. sanctorum catalogo fuit an-
 numeratus eius celebratas fit nonis aprilis.

De sancto rupertio epo. Cap. v.



Rupertus

episcopus in roma-
 nia et psapia
 regia theobaldi
 loperti fran-
 corum regis do-
 ctrina et virtutibus refulgens ab
 infidelibus sanctitate eius non
 sufferentibus virgis acriter ce-
 sus ab urbe eicitur: et a theos